

XII. Text

Der folgenden Ausgabe liegen zugrunde:

A = Erstdruck durch M. Agricius Witlichius, Köln 1573 (s. o. S. 386 Anm. 2).

B = Brüssel, Bibliothèque Royale, Cod. 9739—40, aus dem Benediktiner-Kloster St. Laurentius in Lüttich, Pergament, Mitte oder 2. Hälfte des 12. Jh., fol. 103r—110v (s. o. S. 387 Anm. 5) — reicht nur bis cap. 15, s. u. S. 459 d.

Notiert sind die Abweichungen der bisher zumeist benutzten Ausgaben:

J = ed. Ph. Jaffé, MG. SS. 12 (1856) S. 629—637 — nur Auszüge aus A.

M = Migne, Patrologiae latinae tomus 168 (Paris 1851, Neudruck 1893) Sp. 333—358 — vollständiger, aber fehlerhafter Nachdruck der auf A beruhenden Ausgabe in Ruperti Opera 4 (Venedig 1751) S. 225—235.

Über Handschriften von „De meditatione mortis“, die das cap. 22 von „De incendio“ enthalten, s. o. S. 388 Anm. 7 und unten S. 469.

De incendio¹⁾

- 1 Ecce quomodo criminator Satan nostram quoque consideravit ut peccatorum negligentiam ne dicam ut sancti Iob innocentiam, dum suo more circuit terram inquietus et perambulat eam²⁾. Scitis hæc, fratres dilectissimi, qui una mecum in hoc monasterio Tuitiensi³⁾ Domino deservientes iram simul et misericordiam eius in medio flammaram mirabiliter estis experti, quemadmodum propheta dixit ei: *cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis*⁴⁾. Scitis inquam vel scire debetis, quia nisi clemens ipse male petenti potestatem denegasset, nisi parcere iussisset, hodie quoque nostri amici videntes plagam nostram timerent⁵⁾ et
- 10 secundum similitudinem amicorum beati Iob nonnulli de nobis male iudicarent. Non solum autem inhibitus est, ne totam, ut ceperat, amburendo pellem nostram auferret, verum etiam sicut de illo dicit Dominus ad eundem Iob: *Numquid feriet tecum pactum et habebis eum servum sempiternum?*⁶⁾ Et sicut apostolus ait: *Scimus quoniam diligentibus*
- 15 *Deum omnia cooperantur in bonum*⁷⁾, ita accidit et nunc. Rem ipsam, ut gesta est, enarrare libet hac intentione, ut sciant nostri quoque posterius et nulla temporum vetustas abolere possit de cordibus nostris memoriam glorificationis, qua glorificatum est in tanto incendio sacramentum dominici corporis⁸⁾ sicut viderunt oculi nostri⁹⁾, et

1 a) Tuitiensi J b) corporis dominici AJM

¹⁾ Zum Titel s. o. S. 386 Anm. 1 ²⁾ Iob 1, 7 ³⁾ Habac. 3, 2 ⁴⁾ Vgl. Iob 6, 21 ⁵⁾ Iob 40, 23 ⁶⁾ Rom. 8, 28 ⁷⁾ S. u. c. 5 und 6